

II.

5 Quantum ad secundum principale est sciendum, quod multa requiruntur ad matrimonium, si debet esse divinum et katholicum.

Primum est, quod copulantur secundum iura canonica et ecclesiastica, quia alias quocienscumque se carnaliter cognoscerent, tociens semper mortaliter peccant.

10 Secundum, quod debent vivere sine malis verbis, sine iurgiis, sine verberibus, quod vir mulierem non molestabit et e contra, quia alias inter eos nulla esset caritas, sed continuum odium. De quibus dicit Aposolus ad Gallatas 4^o: Si invicem mordemini, invicem consumamini.

15 Tercio, quod debent pueros nutrire et trahere ad laudem Dei et ad |serviendum Deo et non mundo, ambulando ad ecclesias et non ad coreas. Et 120
ideo scribitur Deutronomi: *Docebitis filios | et filias vestras, ne moriantur in P 89r
sordibus suis.*

20 Quartum, si vir vult vivere caste, sine luxuria sive avaricia dando elemosinam et sine peccato, mulier non debet eum impedire et e converso. De quibus dicit Salomon in Proverbiis: *Noli prohibere bene facere, si potes, et tu bene fac.*

Quintum, quod vir non debet luxuriare cum alia muliere et e converso. De quibus dicit Apostolus: Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.

25 Sextum, quod vir non debet aliquem potum bibere, ut sua mulier non concipiat neque mulier, quia alias tam vir quam mulier | essent homicide.

Septimum, quod vir cum sua muliere debet esse continens | in vigiliis sanctorum et sanctorum et in diebus festivis et per totum ieunium usque ad octavam pasce et per totam septimanam Rogacionum usque ad octavam Pentecostes et per totum adventum usque ad octavam Nativitatis | Cristi. De

E 161r
P 89r

130

D 85r^a
K 59v^bB
270a

5 secundum] 2^m DKP (*vyhodit*) 6 katholicum] non dyabolicum *ED* 7 quod] *om. E*, sciendum (*þkrtnuto*) quod *B* | copulantur] copulentur *EP*, copuletur *D* | secundum] 2^m DK (*vyhodit*) 8 quia] quod *B* | se] *om. D* | cognoscerent] congnoscerent *E* (*grafika, vyhodit*) 9 peccant] peccarent *EDP* 10 Secundum] 2^m DK (*vyhodit*) | sine²] *om. E* | iurgiis] litigiis *B* 11 verberibus] uberibus *E* | molestabit] molestaret *E* | et] neque *ED* | e¹] *om. B* 12 ad] *om. ED* 13 4o] VIII^o *E*, IIII^o *D*, IIII^o *K* (*vyhodit*) 14 Tercio] 3^o *BK* (*vyhodit*) | debent] debet *D* nutrire] invitare *P* | ad²] *om. E* 15 ad²] *om. D* 16 Deutronomi] Deutonomii *D*, Deutromi *E* | Docebitis] docebit *E* | filios] filios vestros *BD* | et] aut *D* 18 Quartum] 4^m *BE*, 4^o *D* (*vyhodit*) | vir vult] vult vir *D* | sive] *om. B* 19 elemosinam] ecclesiam *B* | non debet] *om. E* 21 tu] tamen *E* 22 luxuriare] luxuriari *ED* | alia] alia uxore vel cum *E* 24 Sextum] 6^m *B* (*vyhodit*) 25 alias] alios *P* | essent homicide] essent homicida *BKP*, esset omicida *E* 26 sua] *om. D* | debet] debent *D* | continens] continentis *D* 28 pasce] pasche *BP* (*grafika, vyhodit*) 29 Pentecostes] Penthecostes *BEP* (*grafika vyhodit*) | usque...quibus] sicut *D*

13 Si...consumamini] cfr Gal. 5, 15 16 Docebitis...suis] Lev. 15, 31 20 Noli...fac] Prov. 3, 27 23 Qui...possidebunt] cfr I Cor. 6, 9–10